Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



matrem eius melius affecerunt tu:
ad uenam calumpniati sunt in
medio tui: pupillum et uiduam
despiciunt apud te. Sanctuaria mea
sprenuisti: et sabbata mea pollui
sti. Viri detractores sunt tui ad
effundendum sanguinem: et super mon
tes comedunt tui te. Scelus operati
sunt in medio tui: uiciniam pa
tris discooperuerunt tui: in mu
liam menstruate humiliauerunt
tui: et unusquisque in proximi sui ux
orem operatus est abhominacionem:
et socer nurum suam polluit: ne
fanc frater sororem suam filiam
patris sui oppressit tu. Munera
accepiunt apud te ad effundendum
sanguinem. Usuram et superhabun
dantiam accepisti: et auare proximos
tuos calumpniati sunt: mei autem obli
ta es ait dominus deus. Ecce co
plosi manus meas super auaritia
am tuam quam fecisti: et super sangui
nem qui effusus est in medio tui.
Numquid sustinebit cor tuum: Aut
praualebit manus tua in diebus eius
ego faciam tibi: Ego dominus
locutus sum: et faciam et dispergam
te in nationes: et uentilabo te in terris:
et deficere faciam immunditiam tuam
a te: et possidebo te in spectu gen
tium: et scies quia ego dominus
deus. Et factum est uerbum domini ad me
dicens: Fili hominis: uersa est mihi
domus israhel in scoriam. Omnes
isti es: et stagnum: et plumbum: et
ferrum: in medio fornacis: scoria ar
genti facti sunt. Propterea hec dicit
dominus deus: Eo quod uersi estis omnes
in scoriam: propterea ecce ego congrega
bo uos in medio ierusalem congregatione
argenti: et eris: et ferri: et stagni: et
plumbi: in medium fornacis: et suc
cendam in eam ignem ad flandum.
Sic congregabo in furore meo et in ira
mea requiescam: et flabo uos: et
succendam uos in igne furoris
mei: et flabunt in medio eius: sicut
flatur argentum in medio fornacis:
sic eris in medio eius: et scietis quia
ego dominus effudi indignatio
nem meam super uos. Et factum est
uerbum domini ad me dicens: Fili ho
minis dic ei: Tu es terra immunda:
non conspersa in die furoris. Coniura
tio prophetarum in medio eius sicut leo ru
giens capiens predam animam deuo
rant opes: et pretium acceperunt.
Viduas eius multiplicauerunt in me
dio illius: sacerdotes eius contempse
runt legem meam: polluerunt sanc
tuaria mea: inter sanctum et prophanum
non habuerunt distantiam: et inter
pollutum et mundum non intellex
erunt: et a sabbatis meis auerterunt
oculos suos: et coinquinabar in me
dio eorum. Principes eius in medio illi
us sicut lupi rapientes predam: ad effun
dendum sanguinem: et ad prendas a
nimas: et auare sectando lucra. Pro
phete autem eius linebant eos
absque temperamento: uidentes uana:
et diuinantes mendacia dicentes: Hi
dicit dominus deus: cum dominus
non sit locutus. Populi terre calump
niabantur calumpnia: et rapiebant
violenter egenum: et pauperem affli
gebant: et aduenam opprimebant ca
lumpnia absque iudicio. Et inquiui
de eis uirum qui interponeret sepem: et
staret oppositus coram me pro terra
ne dissiparem eam: et non inuenim.
Et effudi indignationem meam super
eos: in igne ire mee consumpsi eos.

et congregabo uos.